

quilibet vestrum hunc nostrum processum eisdem populis vulgarizando et fideliter exponendo requiratis publice et moneatis attentius omnes et singulas mulieres nostrarum^{tt)} civitatis^{uu)} et dyocesis predictarum nobis^{vv)} subiectas in premissis vel aliquo^{ww)} premissorum culpabiles, quas et quarum quamlibet nos tenore presencium requirimus eciam et monemus, ut infra^{xx)} sex dies publicacionem seu notificacionem presencium immediate sequentes a premissis earum detestandis actibus et erroribus desistant ipsosque nullatenus de cetero sectentur aut perpetrent, sed^{yy)} vel habitum sic assumptum deponant realiter cum effectu vel aliquam profiteantur regulam^{zz)} de religionibus per sedem apostolicam approbatis^{a)}, seque^{b)} a sentenciis excommunicacionis et penis, quas occasione premissorum inciderunt^{c)}, infra quindecim dies monicionem^{d)} huiusmodi^{e)} immediate sequentes^{f)} iuxta formam ecclesie a nobis vel superiore^{g)} aut vicario nostro absolvi procurent. Alioquin ipsas et ipsarum quamlibet, quas et quarum quamlibet, si huiusmodi monicioni non paruerint^{h)} seu quicquamⁱ⁾ in contrarium fecerint, propter hoc in dei nomine in hiis^{j)} scriptis denuo excommunicamus, ut^{k)} sic per nos excommunicatas^{l)} publice nuncietis^{m)} et evitetis acⁿ⁾ faciatis ab omnibus^{o)} arcus evitari; intimantes insuper mulieribus eisdem, quod, nisi premissis monicionibus effectualiter paruerint, nos contra ipsas ad acriores^{p)} penas, in quantum de iure poterimus^{q)}, et *a d*²²⁴⁾ *inquisicionem de conversacione et vita ipsarum qualiterve*^{r)} *senciant de articulis fidei et ecclesie sacramentis* procedemus et per *inquisitores heretice pravitatis* et alios, ad quos^{s)} pertinet, procedi^{t)} faciemus. Datum Beneuelt^{u)} sabbato post festum assumptionis beate Marie^{v)} virginis anno domini M^o trecentesimo LXX^o quarto^{w)}.

tt) vestrarum CM uu) civitatum C vv) vobis

Döllinger ww) alio W xx) fehlt infra — sequentes W yy) fehlt sed —
 approbatis W zz) fehlt C a) approbatam M b) sese M c) incur-
 runt C; incurrent M d) monicione W; monicioni M; monicionis Döllinger
 e) huius M f) sequentis M g) folgt nostro C h) pareant M i) quem-
 quam M j) folgt quia M k) et M l) excommunicatos CM m) de-
 nuncietis M n) et CM o) aliis CM p) arciores CM q) folgt proce-
 demus CM r) qualiter re M s) fehlt C t) fehlt M u) Bennveld C;
 Bennfeld M v) fehlt C w) folgt etc. C. Zusatz: Dominus quoque Fridericus episcopus Argent(inensis), prefati domini Lamperti successor, consimiles processus contra ipsas Beginas fulminavit M

²²⁴⁾ Vgl. hier erneut *Ad nostrum*.